



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 118. Francisci Joyosæ Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Anna Bohemæ Regina Rosam auream Sæc. XVII.  
 a Papa acceperat, a Dietrichsteinio A. C. 1615.  
 Cardinale obtinuit.

§. CXVIII.

*Francisci Joyosæ Cardinalis obitus.*

Ex eodem Purpuratorum Collegio *Ciacon. in*  
 diem vigesimam tertiam Augusti hu- *vit. Greg.*  
 jus anni sibi exitialem habuit Franciscus *XIII.*  
 Joyosa in Gallia Narbonensi natus. Hic  
 pietatem, vitæque innocentiam hære-  
 ditario quasi jure possidens, se, sua bo-  
 na, totamque vitam nonnisi piis exer-  
 citationibus dicabat; adolescens libe-  
 ralibus disciplinis, Philosophicis, &  
 Theologicis studiis, necnon Jurispru-  
 dentia operam dabat, jurisque Cano-  
 nici Doctor creatus, Sacrisque Ordini-  
 bus initiatus vigesimo tertio ætatis  
 anno Narbonensis, postea Tolosanus,  
 ac denique Rhemensis Archipræsul no-  
 minatur, variis etiam Abbatibus ab Hen-  
 rico III. Galliarum Rege decoratus.  
 Tandem a Gregorio XIII. Cardinalium  
 Collegio adscriptus, Sabinensi, atque  
 Ostiensi Ecclesiæ præfuit, Synodumque  
 Tolosæ habuit. Postea a Paulo V. Le-  
 gatus a Latere in Gallias decretus, Del-  
 phinum e sacro Baptismatis fonte su-  
 cepit, & Ludovico XIII. Confirmatio-  
 nis Sacramentum contulit, illumque  
 Rhe-

*Gall. Chri-  
 stian. Samm,  
 Bentivol.  
 in hist.  
 mem.*

Sæc. XVII. Rhemis sacro oleo inunxit, simulque  
A. C. 1615. Medicæ Galliarum Reginæ Diadema  
 imposuit. Proficuum etiam Paulo V.  
 operam impendit in componendis diffi-  
 diis cum Republica Veneta. Sacram  
 præterea Domum Lauretanam religio-  
 se visitans, huic Ecclesiæ duodecim li-  
 brarum millia, ac rursus sex millia au-  
 reorum, Templis vero & pauperum  
 Seminariis ducenta & amplius aureo-  
 rum millia, Ecclesiæ Narbonensi quin-  
 que, pauperibus loco funeris quatuor,  
 erudiendis puellis sex, & Jesuitis præ-  
 ter Bibliothecam, & sacram suppelle-  
 ctilem quatuor aureorum millia lega-  
 verat. Plurium etiam Ordinum mona-  
 steria erexit, templa restauravit, Scho-  
 las pro egenis dotavit, Oratoria pro Sa-  
 cerdotibus excitavit, atque in pios usus  
 multa aureorum millia erogavit. Tan-  
 dem ex Hispania redux, gravique mor-  
 bo in Palatio Avenionensi correptus,  
 pie in Domino obiit, anno ætatis suæ  
 quinquagesimo tertio.

## §. CXIX.

*Francisci Forгатii Cardinalis  
extrema.*

*Ciacon. in  
vita Paul. V.* Eandem æternitatis viam hoc anno  
 die octava Octobris ingressus est  
 Franciscus Forгатius natione Hunga-  
 rus,